Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36642
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Ad finem et consummationem omnium.

Prima pars de incarnatione ubi et

Supiori parte opis hodiernae
omnium rerum a principio primo usque lapsum hominis quae praecesserunt adinstauratione usque ad adventum verbi praparatas summam deduxi nunc ea quae secuntur usque ad finem et consummationem omnium ordinem coungere liber. Tempus igitur abadventu filii dei in carnem exordium sumpsit. Sicut scriptum est. Gratia veritatis per ihm christum facta est. Gratia quae per dei redemptionem generis humani quidem per adventum a patre veritatis per missionis dei incarnationem gratiae et adimplet.

Quare filius missus est potius quam pater et spiritus sanctus.

Sed autem filius missus est non pater aut spiritus sanctus quae convenienter non erat ut pater ab alio mitteretur quia non erat ab alio. Si enim ab alio mitteretur ab illo venire haberet a quo mitteretur et esset illi quasi quidam principium abillo a quo mitteretur. Propterea quia pater ab alio mitti non habet quia ab alio esse non habet. Missus est autem primum filius quia solo patre esse dicitur et a patre et filio. Primum filius venit ut liberaret homines per eam spiritus sanctus ut homines beatificaret. Primum ille amato liberavit per eam iste ad bona revocavit. Ille abstulit quod sustinebamus. iste reddit quod perdideramus. Venit filius naturalis missus a patre ut adoptandos in hereditatem vocaret et consensu suum iugia adoptionis cooperaretur. Neque enim sine consensu filii a patre alienum in hereditatem ducendi erant. Illum quia pater per filium venit filius per spiritum sanctum et ipse pater et filio patrum et filiaorum nomen constat ut filii nomen adoptandi participent et illi cui erat ab illo a quo erat. Venit sapientia ut hostis ita nonne vincerent et ut habitaculum suum ipsa vendicaret quod malicia possidebat. Qui enim a iustitia iniquitatem fecit ut in fortitudine sapientia vincerent ut in eo de iniquitate vicem exercerat vicem sternerent. Fecit et filium de filium hominis ut filios hominum filios dei facerent et ne filii nomen ad alium transiret personam et eent in unitate duo filii et confunderent in unum discretio.

Si enim pater carnem assumpsisset idem ipse et pater et filius esset. Pater filii quem genuit ante unitate et filius matris aqua genitus est ante tempore. Si autem spiritus sanctus carnem assumpsisset duo filii in unitate essent alter filius patris sine matre alter filius matris sine patre. Ne igitur communicabile nomen dividerent filius solus carnem suscepit ut unus idem esset et filius dei et filius hominis filius dei secundum divinitatem genitus a patre filius hominis secundum humanitatem natus ex matre.

Cur sol filius carnem suscipere

Sed forte erunt aliqui potuit. qui dicant si inseparabilia sunt opera trinitatis quae quae fecit filius fecit et pater. Si autem omne quod filius fecit fecit et pater quasi filius carnem assumpsit et pater carnem assumpsit quasi filius sine patre carnem assumere non potuit. Si nihil sine patre facere potuit. Sed hic primo considerandum est quia cum dicitur filius facere omne quod pater fecit de illa ineffabilium operatione intelligendum est qua creaturas suas condit et regit et disponit conditor et opifex dei in qua operatione pater et filius et spiritus sanctus omnino separari non possunt quia indivisibilis una in quantum operantur. Hoc autem idcirco de divina operatione distinguimus ne quis contra id quod dictum est oia quae fecit pater hec et filius fecit opponendum putet quia pater genuit quod filius non fecit et filius genuit quod pater non fecit. Si enim filius sicut pater genuerit pater esset et si pater